

mentem mihi uenerint, qui hac tempestate quidem paucissimi sunt, qui illis rebus, quæ perficiunt hominem tecum fit conferendus, inueni neminem. mitto litteras Latinas, & Græcas quibus tantopere delectaris, ut non sint indigna doctissimorum virorum auribus, quæ tum prosa oratione, tum uersibus cōscribis: mitto nobilitatem, morū, facilitatem, uitę integritatem Philosophię studia, & cætera huiusmodi, quę in prōptu sunt, & omnibus patent, quid dicendum esset de caritate, & officijs, quibus quosq; peritissimos Mathematicos complecteris? Nonne omnia tua semper illis patent? Hęc omnia, & alia huiusmodi nō mediocria, non uulgaria, sed summa cū in te sint, me profecto tuarū laudū enumeratione ne dum celebratione, deterrent. Ne minus igitur dicam quam te talem uirum decet, de tuis laudibus hætenus: alias fortasse, si qua mihi se offeretur occasio commoda (quemadmodum spero,) diffusius explicabuntur hæc, quę hoc loco uix enumerantur Illud fit in hac epistola postremū, ut hoc opus, quod tibi dico, atque consacro hilaris uultu suscipias, ac tueare. Vale Veronę decus, iterum uale.

Venetijs. Kalend. Septemb. M. D. XCI.